

Hesperian

sub secunda Judith genuit Karolum Calvum regem Fran-  
corum. Hic habuit duos fratres unum qui Sclithonicam  
et alium qui Hispaniam regerat, et alios superabat  
et ad ultimum malum finem habuit. Habuit etiam  
hic ex Ermegarde uxore sua prima tres filios, scili-  
cet Lotharium quem Cararum fecit, et qui Ytaliam  
regendam commisit, Pipinum quem Aquitanie  
regem fecit et Lodovicum quem Bavarie et Germa-  
nie regem constituit - Lodovicus imperator cum  
filiis suis Pipino rege Aquitanie et Lodovico rege  
Germanie Britanniam invasit et ipsam totam  
ferro et igne vastavit et sibi potenter subiecit.

de Stephano papa Romanorum 101. (v. 4.) Stephanus papa  
natione Romanus scilicet mensibus 8. ex parte Sulis, hic  
statim post suam coronationem Gallias veniens hono-  
rificè ab imperatore Lodovico Premis recipitur, ubi  
ipsum consecravit in imperatorem. Post hoc papa  
multos captivos per Franciam redimens Romam  
redit et in brevi obiit in Christo, plenus virtutibus et  
bonis operibus.

de Paschali papa 102. Paschalis papa natione Romanus  
ex parte Marino scilicet annis 9 et diebus 14. Tote mensis  
ad imperatorem exiensans se de papatu quod invitus  
se intronizasset, de eo et cenobium Grelorum Stone  
constituit. Hic etiam corpus beate Cecilie  
ea revelante et corpora sanctorum Sibilii et Val-  
riani et sancti Urbani pape de circumterio ubi fuerant  
recondita, manu propria elevans intra urbem in  
exilena sancte Cecilie honorificè colloavit.

Lodovicus rex Germanie 114 dures Bohemorum cum se  
quentibus eorum baptizari fecit et christianitatis  
titulo insigniri.

817

Theodolfus primus abbas Floriariensis et postea episcopus  
Aurelianensis facte apud imperatorem accusatus est  
et ab eo Andegavis intererat. Cum autem in die  
sancto palmarum processio iuste carcerem fieret, ille  
aperita fenestra facto pletio pultriores illos versus a se  
ibidem editos scilicet "Gloria laus et honor tibi sit"  
pro ante (!) imperatorem iactavit. Qui versus impe-  
ratori tamen placuerunt, quod ipsum a vinculis mox  
absolvit et in suam sedem restituit. Qui dum ad locum  
suum reverteretur veneno extinctus est ab enulis  
suis.

plenus  
cristo  
Tantus

Karolus rex Danorum cum uxore sua et filiis et magna  
parte Danorum Mogonice baptizatur et ab imperatore  
pro numeribus parte Brisie sibi data honoratur.

In territorio Tulensi villa Communiato puella duode-  
cennis post calvam communionem in pascha a sacerdote  
susceptam primo per 10 menses, demum ab omni cibo et  
potu per triennium abstinuit, et post hoc ad communem  
hominum vitam rediit. Pultensis basilica consecratur  
et sanctus Bonifacius archiepiscopus Moguntinus de  
Lumba elevatur.

Hoc anno Paschalis papa corpus sancte Cecilie et aliorum  
sanctorum corpora prout supra dictum est ipsa origine  
revelante invenit, corpus autem virginis aureis velatum  
erat indumentis et sanguine ipsius adhuc quasi recente  
perfusus, quod una cum aliis corporibus in ecclesiam  
collocavit quam sibi edificavit idem papa.

Sanctus Hildyrimus translatus episcopatum de Selinghendach,  
id est Osterwik in Halberstad ubi nunc situs est.

Octavo kalendas Septembris fori secunda monachi introducti 820.  
sunt in Corbeyam novum monasterium a loco qui Hethia  
dicitur, ubi positi fuerunt per Karolum magnum.